

V
g
5396

Q

N

1

O

QK. 190
QK. 190 de Lutheri membris in scholas



MEMORIAM DIVINI HEROIS MARTINI LVTHERI

COELESTIS DOCTRINAE INSTAVRATORIS
PRIMI FELICISSIMIQUE

IN LYCEO VITTEMBERGENSI
ANNO SECVLARI SECUND

CIO 10 CC XVII

ADOLESCENTES ALIQVOT

PIE RENOVABUNT

AD QVOS BENEVOLE PATIENTERQUE AVDIENDOS
OMNES SCHOLARVM PATRONOS AC VIROS
ERVDITIONE CLAROS

IN PRIMIS

MAGNIFICVM PRAESVLEM
AMPLISSIONVMQVE VRBIS SENATVM
QVA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

M. GODOFREDVS VVAGENERVS

ORD. PHILOS. ASCR. ET LYC. CR

EX OFFICINA CREVSIGIANA

RI

MEMORIAL
DIVINI HEROS

MARTINI FATHERI

COLLECTA DOCTRINAE THEATINARIORIS
PRIMI ET LUCISIMI VITÆ

IN LYCEO VITTEMBERGENSI

ANNO SECUNDI - SCANDO

ADOLPHUS

BIBLIOTHECA

PONICKAVIANA

ERUDITIONE CELEBROS

IN LIBRIS

WYVERNIA CAM PRAESESTEW

AMPITISSIMAM VITÆ ARPIIS SENATUM

QVAM DILECTI OBSERVANTIA

IN LIBRIS

WYVERNIA CAM PRAESESTEW

EX OLLICINA CREDIDIVI



Ingentem in animis omnium laetitiam excitat illud ac
noluptatem, diuini praepotentiisque NVMINIS singulari
beneficio contigisse, ut auspicatum nobis, maximeque
exopratum, cunctis item plausibus plenum, illucescere
cooperit tempus, quo, ante ipsos iam ducentos annos, pridie
Calendas Nouembres, magnus ille Christianae rei instaurator
statorque, et nuntius coelo demissus, diuus, inquam, LV-
THERVS, instinctu afflatuque plane dinino, futilissimas in-
dulgentiarum nundinas Ioannis Tezelii, lutrebogae tum, in
patria mea, degentis, ore calamoque intrepido, oppugnare
est aggressus, doctrinaeque sanctioris squalorem et fordes,
quibus erat obsita, incredibili quodam uigore abstersit, atque
ab nefandis Pontificiorum corruptelis strenue vindicauit.
Quod si enim illustrium virorum memorias et natales cele-
brare, magnorumque generibus honorum uirtutes illorum
prosequi, immo, in statuis et imaginibus honorare ipsos, sole-
mus, qui de re publica modis optimis promeriti sunt, suam-
que saepe uitam, ingenti magnitudine animi, pro salute pa-
triae, periculis exposierunt, quo recordatio eorum, quan-
tumvis iam pridem uitae muneraisque partibus defuncto-
rum, adhuc diu inter mortales uigeat, diu ab obliuione
uindicetur, talique modo reddantur immortales, quanto
magis hoc pietatis genus LVTHERO nostro, per quem
diuina prorsus in nos atque innumerabilia collata sunt be-
neficia, exhibeamus, propterea, quod, pro uera puraque
religione, nullos labores, nullas uigilias, nullas contentio-
nes, conuicia nulla, detrectauit, totumque negotium, di-
uino fultus consilio, frendente quamvis orbe et orco, ani-
mose ac fortiter peregit, omnia mortis pericula pro nihilo
duxit, quo mentes animosque nostros a superstitione et im-
pietati liberaret, ac, patetfacta ueritatis uia, commonstra-
rer, qua ratione aeternam salutem, piis omnibus a D E O
promissam, consequi certo possemus. Quem ad modum
uero instanti hoc tempore uniuersus D E I coetus, diui

LVTHERI opera emendatus instauratusque, gaudet uehementerque laetatur, ac diuini NVMINIS singularem bonitatem grata mente agnoscit religioseque ueneratur, ante alias quoque urbes et Academias, Virtembergia, emendatae parens religionis, sanctioris gaudii sensu tangitur exquisito, summaque animi pietate DEO O. M. publice et solenniter persoluit gratias, ac de conseruata ibi, per duo iam secula, ueritatis luce maximopere sibi gratulatur, ita, nec Scholae, inter solennes communesque plausus, partibus suis desint, sed, ut huius pariter laetitiae fiant participes, cum societate se laetantium coniungant, propterea, quod plus satis constat, nuperque singulari scripto, a cl. Ioanne Henr. de Seelen, probatum est, optime LVTHERVM de Scholis promeritum esse. Scholarum certe, ante sacra LVTHERI ministerio illustrata, facies tam erat squalida, tantaque, in omni studiorum genere, barbaries in illis reperiebatur, uix ut, ac ne uix quidem, uerbis exprimi queat. Quanquam enim, iam ante LVTHERVM, a Caroli M. tempore, in Germania obtinuerat religio, anilibus tamen fabulis, frigidissimis ineptiis, et, supra paganorum paene ειδωλολατρεια, absurdis superstitionibus, contaminari coepit, parum uerae sinceraeque pietatis, ab Seruatore nostro eiusque Apostolis, seu uerbi nuntiis, traditae, reliquum habebat. Linguam Hebraeam non modo plane ignorabant homines, uerum eos, qui linguam hanc sanctam callebant, odio quoque prosequabantur, id quod ipsum expertus est sane Ioannes Reuchlinus, primus, in Germania, literarum, praesertim orientis, solers et felix instaurator. In Graiorum literis tam densae erant tenebrae, ut, in rudi isto et inficesto seculo, nosse Graeca, ne suspicionis quidem crimine uacaret. Conradus certe Heresbachius, harum aliarumque literarum peritissimus vir, testatur, se monachum, pro fasris rostris uerba facientem, ita declamanter audiuisse. *Nova iam reperta est lingua, quae uocatur Graeca, a qua sedulo*

A 2

cauen-



eaudum est. Haec parit omnes haereses. Ea lingua proditus est liber, quem uocant N. T. Hic liber plenus est rubetis et uiperis. Altera lingua, quae iani oritur, Hebraea dicitur. Hanc qui discunt, efficiuntur Iudei. Quiritium sermo tantum non ab omnibus fuit neglectus, atque horrenda quadam barbaria tam indigne inquinatus, nihil ut minus, quam Latinitis, uideretur. Tam rudes tunc erant literarum, ut hanc linguam plane non calerent, et, quod scriptores fide digni confirmant, ne intelligere quidem, nedum epistolam, aut aliud scripti genus, sermone Latino, confidere ualerent. Immo, ipsos inter clericos, neglectus linguae huius fuit tantus, ut, in Britannia, ante LVTHERI tempora, hoc uigerit prouerbium, *Loquamur Latine, ne intelligant sacerdotes.* Ineptiae uero omnes, quas in ceteris scientiis protulerunt, ab eruditis non nullis, data sunt opera passim (a) collectae, quibus etiam tot hominum istorum libri sunt referiti, ut, si uel summatim has enarrare naenias uellem, ipsum, rear, defore mihi tempus. Contra ea, sub auspicio emendatae apud nos religionis, pauloque maturius, non liberales solum, uerum etiam Hebraeae, Graecae, Latinae aliaeque, literae, reflorescere incipiebant, cum, uelut inter mortuae, in uitam denuo renocarentur, et in primis LV-

A 3

THE-

(a) Conf. Ioannis Zuingeri Oratio, de Barbarie super aliquot seculorum, orta ex supina Linguae Graecae ignorantie, quae D. Georgii Henr. Goezii Principi, Graece docto, subiuncta est, p. cv, seqq., D. Ioannis Fechtii Diss., Ioannis Reuchlini Vitae, a Ioanne Henr. Maio, A. 1510c xxvii, in 8, editae, praemissa, Christiani Lunckeri Disput., de Ineptiis Clericorum Romanensium, quae in D. Adami Rechenbergii, cuius eam sub praefidio habuit, Exercitationibus, in N. T., Hist. Eccles. et literariam, uarii argumenti, p. 10 xliii, seqq., extat; Christophori Henrici Ritmeieri Oratio, de παλιγγενεσίᾳ studii philologici, primis Reformatoribus nostris uiam sternente, Helmestadii, A. 1510c xliv, in 4, edita, Iacobus Burcardus, de Linguae Latinae, in Germania, per xvii Secula amplius, Fatis, p. cccxxii, seqq.

THERI, Philippique, ipsius cura, una cum religione puriore, in Scholas, immo, totum terrarum orbem, inferrentur, indicio nunquam fallenti, florentibus literis, reliqua tantum non omnia florere consuesse. Inter ceteras vero res, quas LVTHERO suo Scholae debent, certe ingens hoc est beneficium, quodque efferri satis nunquam poterit, eius uidelicet opera factum esse, ut prima et maxime necessaria religionis capita aetati tenerae instillarentur, cum, sermone patro, breuiter ea, sed neruose et grauiter, sit complexus, quae antea lingua solum Latina, plerisque minus nota, minusque luculenter, legebantur. His accessit deinceps universi codicis sacri interpretatio Germanica, ea felicitate concinnata, ut omnibus, uel ante, uel post se, interpretibus caliginem induxisse credatur, ne gentibus quidem id infiriantibus externis et ab religione nostra alienis, cum, tali modo, nemo non, quid DEVIS in uerbo suo requirat ab unoquoque, facili negotio, perpicere possit. Ut vero magna emolumenta alia per LVTHERVM in Scholas, quas maximopere laudabat, quarumque doctores amabant, dimanarunt, ita exemplum uel unum adiiciam LVTHERI, quo in primis de oppidana quoque Schola, quae, tempore illo, ex regione erat Scholae hodiernae, in eodem, inquam, aedificio, ubi iam puellae, in capitibus doctrinae Christianae potioribus, aliisque maxime necessariis literarum elementis, instituuntur, bene studuit promereri. Absente enim heroë diuino, et in arce Vartemburgensi delitescente, Carolostadii, homo, ut Melanchthon de ipso praedicare conseruit (b), ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine sensu communì, quem nullum unquam humanitatis officium, aut intelligere, aut facere, animaduertimus, tantum abest, ut in eo significatio aliqua spiritus animaduersa sit; immo, extant manifesta signa impietatis, stultis quibusdam sociis assumptis, uarias hic turbas

(b) In Prooemio libelli, de Sententijs Veterum de Coena Domini.

bas dedit, Scholamque in tabernam pistoriam mutare non
dubitauit (c). Lutherus uero, simul, atque istaec perceperat,
Patmo (d) relicta, in hanc reuerlus urbem, detestan-
dam Bodensteinii et complicum eius infaniam modis omni-
bus coereere est annis, statinque rem eo perduxit, ut
Schola denio pietatis ac literarum studiis consecraretur.
Neque aliter sese rem habere, constabit, si scriptores quo-
dam, fide dignos, produxero testes. Ipsi Theologi Vit-
tembergenses, de hoc negotio, in Consiliis Vittembergen-
ibus, p. 1000 LXIX, sq., talia tradunt. Carlstadt hatt, im
Abovesen Herrn LVTHERI, allbier zu VVittemberg, nicht allein
die Kirche geplundert, sondern auch die Schule zerrissen, und ei-
ne Brot-Bank daraus gemacht, darinn man oeffentlich Brot uer-
kauffet. Dazu ihm zwieen andere Maenner, Frater Gabriel, Au-
gustiner Ordens, und der Knaben Schulmeister, M. Georgius Mo-
re, redlich geholffen. Denn sie gaben, neben Carlstadt, fur, mann
sollte nicht studiren, auch keine Schule, vveder Particulares, fur
die Iugend, noch Vniversitaet, fur die andern, als die Erwach-
senen, halten, auch niemand promouiren, vveder Baccalaureos,
noch Magistros, noch Doctores, in allen Facultaeten. Denn sol-
ches hacte Christus selber uerboten, Matth. XXIII, Ihr sollt
euch

(c) Non nulli Pontificiorum inepte garriunt, huius Carolostadii tu-
multus sicutum fuisse Philippum Melanchthonem, ipsumque, per
temporis aliquod spatium, pistorem hic egisse, quam tamen ani-
malem fabulam, immo, calumniam atrocem, praeter Nicolaum Sel-
neccerum, in Oratione, de Vita Lutheri, p. m. cxvi, qui hoc a
Quintiliani quodam Professore publico, nomine Philippo, factum
esse, scribit, Iacobus Thomasius, in Dissertationibus uarii argumen-
ti, p. 100 XCIIM, seqq., firmis admodum usus argumentis, egregie
refutauit. Conf. D. Ioannis Friderici Mayeri Disp., de Carolosta-
dio, contra Godofredum Arnoldum, et Obseruat. IIIX partis III, der
Ausgerlesenen Anmerckungen, p. xx.

(d) De hoc arguento vid. Augustini Antonii Disputatio, praefide
Christophoro Gellario, Halis, A. c. 100 XCVI, hab.

euch nicht Rabbi, noch Meister, nennen lassen. Es hatt der Schulmeister aus der Schule heraus geprediget, auf den Kirchhof, und die Burger und Burgerin uermahnet, auch aufs hoechste gebeten, daß sie ihre Kinder und Vervvandten aus der Schule wönnen nehmten, welches auch Frater Gabriel, auf der Cantzel, und Carlstadt, in seinen Lectionibus, heftig getrieben, daher ein solch vvvyses VVesen erfolget, daß man eine Zeit lang in der Kirchen allhier keine Knaben gehabt, die da singen koennen, sondern hatt der Diaconus mit dem Cusode das Gesaenge uerrichten müssen. Die Studia in Schulen vwaren bey diesen Leuten so ueracht, daß man vor eitel Hoffart hielt, wenn einer etwas studiret hatte. Denn es war, ihrer Meinung nach, genug, daß einer von Gott gelebret sey, darzu man durch die Entzroebung, durch die Studierung, durch die Vervvunderung, durch die aufgestreckte Lust, durch die lange VVeile, durch die Besprengung in leidender VWeise und Gelassenheit (denn solche Reden pflegen sie zu führen) kommen koenne. Vitus uero Ludouicus a Seccendorf, Lutheran. L. II, p. cxciix, add. II, haec, ad nostrum factura institutum, refert. Inter excessus Carolostadii hand minimus erat stultus zelus aduersus literarum studia, et nimia infimae plebis presatio. Curstabant enim per cordonum tabernas, et de intellectu sacrae scripturae eos consulebat, simplicitatem uero suam opponentibus obiiciebat dictum Christi, Matth. XI, 15. Studio sis nihil opus esse literatura, dicebat, opifcia praeferenda esse quo facto magna iuuentuus pars dilapsa est, et solitudo Vittembergae facta, Schola etiam puerorum deserta et in officinam pistoriam conuersa (e). Quae cum ita sint, Lyceum nostrum, LVTHERO se uehementer deuinctum obstrictumque, sentit, nec, memoriam fortissimi huius herois unquam ex animo deponendam, putat, propterea, quod omnem uir diuinus dedit operam,

(e) Conf. M. Ioannis Frimelii Vittembergae, a Caluinistis grauiter diuexata et diuinitus liberata, p. v, sq., Andreea Sennerti Athenae Vittembergenses, p. xiii, sq., aliisque plures.

ut huius urbis Schola ne uastaretur, sed, ut omnes illae disciplinae, quibus ad humanitatem informamur, in ea florerent, iuuenesque uariis in artibus ac scientiis erudirentur. Nec alia de causa quidam, bona indeole ac spe, adolescentes, permoti, non alienum a pietate sua, existimarent, proprietate Calendas Nouembres, quo die alterum, DEI beneficio, seculum finimus, proximoque die tertium auspicamur, uiri diuinitus excitati memoriam celebrare, non nullisque declamationibus, quas ex memoria recitabunt, summoque NVMINI gratias, ut decet ac pareat, immortales persolueret, constituerunt. Eas uero partes in praesentia sibi suscipere conati sunt sequentes, ordine, quo uerba facient, non, quo in subselliis suis conspiciuntur.

I, IOANNES DANIEL KETTNERVS, Vittemberga Saxo,
Iure meritoque hoc tempore laetandum esse, docebit, aditumque si-
bi, suisque commilitonibus, ad beneuolas Auditorum mentes et au-
res sternet.

II, IOANNES HEDLERVS, VVeiden'a Anhaltinus,
De Pontifice Maximo, sub pelle agnina cor seu lupinum, seu leoni-
num, tegente, declamabit, DEOque O. M., qui nos tam benigne,
opera potissimum LVTHERI, ex istis rapacissimis faucibus libera-
re dignatus est, laudes decantabit.

III, IOANNES GOTLIBIVS HAVPTMANNVS, Vittemberga Saxo,
Vitam LVTHERI, sermone Graeco, breuiter strictimque, recensebit.

III, IOANNES GODOFRÈDV S PILARICCIUS, Vittemberga Saxo,
De infelici ante LVTHERVM, et felici post eum, coetus diuini statu
differere ingredietur.

V, BENEDICTVS LVDOLPHVS REISMANNVS, Vittemberga Saxo,
Praefagia et Vaticinia, diuinum hunc Vatem antegressa, eademque o-
pera memorabile illud somnium FRIDERICI, Saxonie nostrae Sa-
lomonis, sermone patrio, enarrabit.

VI, IOANNES CHRISTIANVS HEDLERVS, Vittemberga Saxo,
Intrepidum LVTHERI animum, quo religionis ad opus est aggressus,
collaudabit.

- VII, GOTLIBIVS FRIDERICVS HOMMELIVS, Stracha Saxo,
Emendationis summam Necesitatem, sermone Germanico, euincere
tentabit.
- VIII, IOACHIMVS CHRISTIANVS HEDLERVS, VVeidena Anhalt,
De meritis LVTHERI, quae, ex emendatione religionis Christianae, in
puriorem Dei coetum dimanarunt, carmine usus Latino, eoque ge-
neris heroi, faciet uerba.
- IX, IOANNES MICHAEL LOESERVS, Vittemberga Saxo,
Laudes LVTHERI, ex capite potissimum eo repetitas, quod, doctri-
nam instaurando, suum una nitorem restituerit Scholis, heroi gene-
ris carmine Graeco, exponet.
- X, FRIDERICVS VILELMVS KIRCHMAIERVS, Vittemberga Saxo,
Faciem Scholarum ante LVTHERVM, naeuis foedissimis plenam, o-
stendet, DEOque O. M., ob emēdatam, per sanctissimum hunc
Seruum suum, religionem, carmine Germanico, gratias aget.
- XI, VILELMVS ERNESTVS STEPHANVS, Vittemberga Saxo,
Eiusdem huius extremi Eliae laudes, plectro Alcaico, eodemque La-
tino, percurret.
- XII, ERDMANNVS LVDOLPHVS EBERMANNVS, Vittemb. Saxo,
Doctorum uerae pietatis memoriam sanctam esse habendam, monebit,
proque paeftita in auscultando benevolentia, sermone patrio, pae-
fentibus decentes gratias persoluet.
- Quod institutum, prout omni laude et commendatione
dignum est, ita, ut Vos, MVSARVM PATRONI O-
PTIMI, faueatis ei prolixo, ac, benignam auscultandi o-
peram dicentibus dare, in animum inducatis, uehemen-
ter, etiam atque etiam, peto a Vobis atque contendeo. Hac
enim benevolentia uestra certo efficietis, ut, quam pae-
clare sunt ingressi, uiam adolescentes non solum pergant
alacriter, sed, Vestro quoque plausu, ad excolendas artes
egregias, magis magisque excitentur, quo patriae tandem,
DEI auxilio suffulti, commoda haud una, nec unos affe-
rant fructus. P. P. Vittembergae in Saxonibus, ix Calendas
Nouembres, ad quem diem, in fastis sanctioribus, dies scri-
bitur *Dominicae xxii post diuinæ Triados Sacrum*, anno re-
cuperatae salutis 1000 CC XVII.

CAN-



CANTATA,
Vor dem Actu Declamatorio abgesungen.

ARIA

Theurer LUTHER / deine Lehren /
Die wir täglich bei uns hören /
Müssen fest gegründet stehn.
Denn sie trösten unsre Seelen /
Wenn uns Noth und Unfall quälen /
Sie ermuntern unsre Sinnen /
Dass sie JESUM lieb gewinnen /
Und den Weg des Lebens gehn.

Da Capo

Hier ist die werthe Stadt,
Die GOTTES theure Güte,
So wir mit dankbarem Gemüthe
Auf ewig preisen wollen,
So viel gewürdigt habt,
Dass das erfreute Wort darinn erschollen,
Geh aus / mein Volk / aus Babel /
Lass dessen Greuel dich nicht mehr besticken /
Lass Sions Licht /
Dass endlich durch die Wolken bricht /
Die Nacht des Irrthums nun nicht mehr verdecken,
Der helle Tag bricht an /
Dir zeigt ein theurer Held die Bahn /
Die dich von deiner Slaveren befreyet /
Und Trost / und Heil / zu deinen Füssen streuet /
Zu der du dich / mit unverfälschter Brust /

B 2

Vestän-

BESTÄNDIG HALTEN MÜST /
VON DER DU NICHT DARFST LASSEN /
UND SOLLTEN DICH GLEICH WELT UND TEUFEL HASSEN.
UND DIESE THEURE POST MÜSST UNS LUTHERUS BRINGEN.
WER WOLLE NICHT DAVOR MIT FROHEM HERZEN SINGEN?

ARIA

O / HÖCHST ERFREUTE STIMME /
WIE LIEBLICH KLINGEST DU!
O / HÖCHST BEGLÜCKTER MUND /
WAS MACHEST DU UNS KUND!
O / HÖCHST GEWÜNSCHTE ZUNGE /
DURCH WELCHE SOLCHE DRUNGE /
WAS RUFFEST DU UNS ZU?

Da Capo

WAHR ISTS, MAN DARF NICHT EINZIG UND ALLEIN
BEI MENSCHEN HENGEN BLEIBEN,
GOTT IST ES ZUZUSCHREIBEN,
DAS WIR DES LICHTES KINDER SEYN,
DAS WIR DEN WEG ZUM HIMMEL WISSEN,
DA WIR VORHER IM FINSTERN WANDERN MÜSSEN.
WIR KÖNNTEN ZWAR
UNS IN GEFAHR
DES LEIBES UND DER SEELE SENKEN,
JEDOCH, WER WOLLE DENKEN,
DAS MENSCHLICHES BEMÜHEN,
ZULÄNGLICH SEY,
UNS WIEDER RAUS ZU ZIEHEN.
Ach, nein, es bleibt darben,
GOTT HATT UNS IN DEN STAND VERSETZET,
DER UNS ANXEIT ERFREUT,
UND SEINE GÜTIGKEIT
WIRD BILLIG VON UNS HOCH GE SCHÄZET.

ARIA



ARIA

GOTTES Güte hat die Seinen /

Nach so vieler Noth / erhört /

Er hatt uns den Weg gelehrt /

Den wir ganz verloren hatten /

Er hatt die betrübten Schatten /

Die Unwissenheit gebieret /

Und der Irrthum mit sich führet /

In ein helles Licht verkehrt.

Da Capo.

Wedoch hatt GOTTE, vor alten Zeiten,

Den blinden Heyden

Den Glauben nicht unmittelbar verliehn,

Indem er sich Apostel zu erziehn,

Und also auszurüsten wusste,

Dass alle Welt der Lehre folgen müsse,

Die sie in aller Einfalt vorstellt.

So hatt er auch des Glaubens Quelle,

Da sie der Menschen Land

Den trüben Stünzen gleich gemacht,

Durch LUTHERS Fleiß in alten Stand gebracht.

Den schickte GOTTE an seiner Stelle,

Und schmückte seinen trefflichen Verstand,

Mit so viel hohen Gaben,

Dass Freund und Feinde sie höchst zu bewundern haben.

Durch diesen hub die reine Lehre

Ihr edles Haupt empor.

Wir danken GOTTE davor,

Und wünschen, dass kein Feind dieselbe störe.

ARIA

Der Himmel geben nur / dass unser SACHSEN

Ein steter Sitz von Ruh und Friede sey /

So wird der Kirche Wohl beständig wachsen /

So bleibt diese Stadt von allem Unfall frei.

Da Capo.

SERIES
COLLEGARVM LYCEI VITTEMBERGENSIS

AB A. 1603 1608 XVII VSQVE AD 1665 1671 CC XVII

RECTORES

M. Paulus Colerus.

M. Michael Vhilius, Friberga Misn., initio Pretschae Ludimoderator constitutus, deinde, A. 1603, Annaebergensis Scholae Rector, tum, A. 1608, Gymn. patrii Conrector, praeterea, A. 1609, Misnenensis Ludi Sen., tandemque, A. 1618, Vittembergensis Scholae Rector, † A. 1621, aet. 56 (a).

M. Ioannes Segerus, Gryphisualda Pomer., P. L. C., A. 1622, † A. 1637, aet. 55, mün. 15 (b),

M. Michael Hahniius, Chemnicensis, P. L. C. et S. Theol. Cand., A. 1637, † anno eodem, aet. 31 (c).

M. Ioannes Nollius, Torga Misnicus, A. 1637, † A. 1645, aet. 33 (d).

Ioannes Haberlandus, Brunsuic. Saxo, primum hic, per sexennium, Conr., deinde Izehoae, in Holsatia, A. 1638, et Vittemb., A. 1645, Rector, † A. 1665, aet. 72,

L. Ioannes Simon, Dresena M., A. 1665, et A. 1669, Antistes Seydenfis, et, quinquennio praeterlapso, Sorbigiensis Pastor Prim. et antisitis, apud Delitienses, Adi., A. uero 1677, Kirchaynae Praesul, † A. 1701, aet. 69 (e).

M. Ioannes Peiscerius, Langenberga Variscus, P. L. C., A. 1669, † A. 1711, aet. 80 (f),

M. Christianus Frider. Kraneuitterus, Chemnicensis, P. L. C., A. 1711, Rector, et, A. 1713, Philos. Ordin. Ascr., † A. 1717, aet. 34.

CONRECTORES

M. Joannes Segerus, A. 1614.

M. Balthasar Bocuiziüs,

Ioannes Haberlandus, A. 1627.

M. Caspar

(a) Vid. Augusti Buchneri *Dissertt. Acadd.* p. cxxiii, sq., D. Andreae Mollerii *Theatrum Fribergense Chronicum*, p. cccxvii, Series mea Collegarum Gymn. Friberg., ab A. 1603 1608, usque ad A. 1612 et xv, p. xix,
(b) id. ib., p. ccclxxxvii, sq. (c) id. ib., p. cccclxxxi, sq. (d) id. ib.,
p. 1603 1608, sq. (e) D. G. H. Goezii *Sendschreiben, von den hin und her zerstreuten Dresdnern*, p. cxxxv, sqq., *Programma meum, quod haud ita pridem, in eius honorem, confeci.* (f) Celeb. I. V. Bergeri *Dissertatt. Acadd.* p. ccccxxi.

- M. Caspar Schreyerus, Cronberga Palat., A. 1634.
 M. Iac. Reichmannus, Chemberga Saxo, A. 1649, posteaque Ord. Phil.
 Adi., et, A. 1656, Rector Torgau.
 M. Ioannes Simon, A. 1656, et, A. 1659, Sap. Ord. Aser.
 M. Georgius Barthelius Schmideberga Silesius, A. 1665, † A. 1647.
 M. Daudí VVinterus, Cygneus, A. 1675, A. uero 1689, Torgau, et, A.
 1690, in patria, R., † 1699, aet. 56. (g).
 M. Conradus Adamus VVincelmannus, Neukircha Variscus, A. 1689,
 † A. 1711, aet. 53.
 M. Christian. Frider. Kraneuuitterus, A. 1711.

CANTORES

- Ioannes Dilligerus.
 Balthasar Mencius, Vittemberga S., A. 1626, † A. 1644.
 Lucas Hammerus, Bitterfelda Saxo, primum, A. 1631, Ieszenensis, deinde,
 post biennium, Prettinensis, tum, A. 1634, Herzbergensis, tandem,
 A. 1645, Vittemb. C., † A. 1656, aet. 48 (b).
 Ioannes Vluchius, Lipsiensis, initio Organoedus Torgau, A. uero 1657,
 Vittemb. C., † A. 1711, aet. 78 (i).
 Ioannes Godofr. Thomas, Pesteruicio Miñ., A. 1704, Dahmensis, et,
 A. 1712, Vittemb., C.

COLL. III.

- Castulus Stumfius, A. 1637.
 Andreas Elstermannus A. 1644, A. autem 1650, ad sacerdotium Rorbec-
 censem, prope Iutrebogam, vocatus.
 Daniel Neeclius, Teutoprona Hung., A. 1650, A. uero 1654, munere
 renuntiato, in patriam reuersus.
 Caspar Homuthius, Illeburgo M., A. 1654, † A. 1712, aet. 83, cui Adiu-
 tor datus est, A. 1705,
 Ioannes Frider. Thauerus, eoque mortuo, A. 1707, aet. 26,
 M. Andreas Boetticherus, Hartroda Misn., A. 1707, qui etiam Hohmuthii,
 A. 1712, successor est factus.

COLL. V

(g) D. Godofr. Ludouici Schul Historie, P. III, p. clxxvii, sq. (b)
 Buchnerus, d. l., p. 1500 XII, sq. (i) Bergerus, d. l., p. 1500 XLIX,
 sqq.

19 5396 A

COLL. V

Daniel Diterichius.

Vitus Creznerus, † A. 1620.

Ioannes Secceruitius, † A. 1627 (k).

Henr. Schraderus, Hildes. Saxo, A. 1627, † A. 1633, aet. 34 (l).

Leonardus Lacherus.

Matthaeus Suanus, † munere antea exutus, A. 1667.

Paulus Schuadelichius, Elbinga Prussus, A. 1660, A. autem 1663, ad sacerdotium uocatus.

Samuel Cohlius, Lomac. Misn., A. 1664, † A. 1677, aet. 49 (m).

Immanuel Hammerus, Vitemb., A. 1677, † 1702.

M. Ieremias Pilariccius, Teplicio Hung., A. 1702.

COLL. VI

Godofr. Halbmayer.

Michael Richterus.

Abraamus Kettnerus, † A. 1637.

Nicol. Iagenteufelius, † A. 1637, peste.

Blasius Harmuthius, † A. 1657.

Paulus Schuadelichius, A. 1657.

Samuel Cohlius, A. 1660.

Martinus Henrici, Iutreboga Saxo, A. 1664, † A. 1669.

Michael Speerius, Vratislausia Silesius, A. 1669, † A. 1671.

Immanuel Hammerus, A. 1671.

M. Ier. Pilariccius, A. 1677.

M. Anton. Jungius, Zittauia Lusatius, A. 1702, † A. 1706, aet. 35 (n).

Ioannes Horruucin, Augusta Nemes, A. 1707.

(k) Buchnerus, d. l. p. cxxxxix, sq. (l) id. ib., p. ccclxix, sq. (m) C. S. Schurzfleischii Diff. Acad. p. ccclx, sq. (n) Progr. Funebre.

ADVENTAT VESPER NVNC OPIE CHRISTE MANETO

Editio II, altera hebdomade, recusa.

ULB Halle

006 231 993

3





QK 190 de Luther meatus in scholas
QK 190



MEMORIAM DIVINI HEROIS MARTINI LVTHERI

COELESTIS DOCTRINAE INSTAVRATORIS
PRIMI FELICISSIMI QVE

IN LYCEO VITTEMBERGENSI
ANNO SECVLARI SECUND

CIC 10 CC XVII

ADOLESCENTES ALIQVOT

PIE RENOVABVNT

AD QVOS BENEVOLE PATIENTERQUE AVDIENDOS
OMNES SCHOLARVM PATRONOS AC VIROS
ERVDITIONE CLAROS

IN PRIMIS

MAGNIFICVM PRAESVLEM
AMPLISSIMVM QVE VRBIS SENATVM
QVA DECET OBSERVANTIA

INVITAT

M. GODOFREDVS VVAGENERVS

ORD. PHILOS. ASCR. ET LYC. CR

EX OFFICINA CREVSIGIANA